



1647 37 20  
21 9/

DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE!  
ENODATIONEM  
LEG. XV. XVI. TIT.  
PANDECTARUM

POSTREMI,  
Quæstionibus materiæ subjectæ  
convenientibus illustratam, & ad disputandum

*In Inchtâ Leucorâ*  
Ex Decreto atq; Autoritate Amplissimi  
Collegij Juridici propositam,

PRÆSIDE  
HENRICO COSELIO  
de Pezlinovez J. U. D.

*Eruditorum Examini proponit*  
PETRUS HOLLER  
Rigâ - Livonus.

*Ad diem Maji.*  
horis & loco consvetis.

---

WITTEBERGÆ  
TTPIS JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVII.



V I R O  
*MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,  
ET CONSULTISSIMO*

DN. NICOLA O BARNEKEN,  
HEREDITARIO IN KIRSTOVVA S. R. M.  
SUECIÆ PORTORII PRÆFECTO  
DIGNISSIMO

*CONSULI RIGENSIUM MERITISSIMO DN. AFFINI  
AC PATRONO SUO FIDELISSIMO,*

UT ET  
V I R O  
*ADMODUM REVERENDO, CLARISSIMO ATQVE  
EXCELLENTISSIMO*

DN. M. JOHANNI DOLMANNO,  
PASTORI APUD RIGENSES PRIMARIO IBIDEMQVE IN  
GYMNASIO CELEBRI SS. THEOLOGIÆ PRO-  
FESSORI VIGILANTISSIMO.

*DN. PARENTI FILIALI REVERENTIÆ CULTU  
VENERANDO.*

UTRISQVE  
*TESTANDÆ GRATITUDINIS ET  
OBSERVANTIÆ*  
HANC DE PRIMITIIS FRUGUM SUARUM MERGITEM  
EX AGRO DEMESSAM JURIDICO

*INSCRIBIT*  
PETRUS HOLLER  
RIGENSIS.





I. N. J.  
LEX XV.

**S** qui actionem habet ] Actio nihil aliud est quam Jus persequendi in iudicio, quod sibi debetur. *princ. Instit. de actionib. l. nihil aliud 51. D. de Obl. & Act.* Est autem actionis nomen, speciale & generale: Omnis enim actio dicitur sive in personam, sive in rem sit petitio *l. pecunia verbum 178. §. actionis 2. D. de verb. sign.* Actionis verbo generali comprehenditur omnis persecutio in rem, etiam extraordinaria. *de qua tit. D. de var. & extraordin. cognitio- nib. item in personam utilis præjudicium, directa, d. l. 178. §. 2. add. l. actionis 37. D. de Obl. & Act.* Hoc nomine generali censentur etiam actiones non modò civiles, sed etiam criminales. *l. 1. 2. & 3. D. de crimine stellionat. l. penult. D. si ex noxal. causa ag. & tot. tit. C. quand. Civil. act. præjudic. crimin. add. l. qui accusare, 4. ubi gloss. & Gothofred. C. de edendo.* Et in summa quàm latè pateat hoc verbum actionis dicitur in *l. actionis 37. D. de Obl. & Act. vid. Schneidw. ad princ. Inst. de act. vers. actio n. & seqq. Wesenb. in w. de O. & A. n. 10. Franc. Duaren. ad tit. eund. part. 2, c. de actionibus 7. in princ. Vult. ad princ. Inst. de Act. Johan. Th. Freig. in Synops. P. J. C. ad tit. de O. & A.* In specie autem actio dicitur ea, quæ est in personam: quoniam ea quæ est in rem propriè petitio appellatur *l. actio 28. D. de O. & A. d. l. 178. §. actionis D. de V. S.* Sed de his in enodatione *l. nemo ex his 43. §. quoties concurrunt 1. D. de R. J. plura sub- jiciemus.*

A 2

Ad



*Ad rem recuperandam* ] Utrum hæc regula solum ad interdictum recuperandæ possessionis pertineat, num verò Jctus Paulus actionis vocabulum IN GENERE hoc loco acceptum voluerit? Inter *Dd.* non convenit. *Johann. Ferrar.* regulam hanc duntaxat de interdicto Unde vi exaudiendam esse arbitratur, motus cum primis hoc verbo *recuperandam*, quod saltem ad eas res, quarum possessio amissa est, referri posse opinatur. *arg. S. sequens divisio. 2. junct. S. recuperanda 6. Instit. de Interdict.* ubi dicitur: *Recuperanda possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel adium vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur Interdictum UNDE VI, per quod is, qui deiecit cogitur restituere possessionem. &c.* Eo etiam pertinere ait *princ. l. si quis 10. D. de acquirend. vel amittend. possess.* ubi is qui de possessione dejectus est, perinde haberi debet ac si possideat, cum Interdicto Unde vi RECUPERANDÆ possessionis facultatem habeat. Alii verò Juris Interpretes regulam hanc generatim de quavis actione, sive illa in rem sit, sive in personam, sive etiam Interdictum vocetur, intelligendam esse ajunt, *per text. in l. honorum appellatio 49. in fin. ibi. æquè bonis adnumerabitur etiam si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus, nam hæc omnia in bonis esse videntur D. de V. S.* Cui egregiè consentit responsum Jcti Modestini in *l. rem in bonis 52. D. de acquirend. rer. dom.* Rem, inquit, in nostris bonis habere intelligimur, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes ad RECUPERANDAM EAM ACTIONEM habemus. Hisce rectè etiam addi potest text. in *l. id apud se 143. D. de V. S.* ubi Ulpianus ait: *Id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem, habetur enim quod peti potest.* Ex quibus textibus manifestum est, non solum actiones personales, quæ aliàs propriè actionis vocabulo denotantur, sed etiam actiones in rem, quæ petitionis verbo continentur, adeoque quasvis persecutiones in bonis esse illius, cui actiones hujusmodi competunt. *per l. actio*



*actio 28. D. de O. & A. § l. 18. §. 1. ibi: quarum rerum mihi actio, quæq; adversus te petitio, vel adversus te persecutio est &c. D. de acceptilat. l. actionis 34. & l. pecunia 178. §. actionis vers. penult. ubi Gædd. D. de V. S. Neque huic explicationi aliquid negotii facere possunt fundamenta à Johanne Ferrario sup. prolata. Cum enim LL. prædictæ, non tantum Interdictum unde vi arg. l. 97. D. de O. & Action., sed & qualvis alias actiones, quocunq; tandem modo illæ comparatæ sint in bonis esse dicant: non est novum quod Jcti hoc loco à propria dictionis recuperandam significatione non absque ratione aliquantum recedant: cum potissimum jura propriam vocum significationem non admittant, quando aliæ LL. proprietatem istam respuunt arg. l. unic. C. de inoffic. dotib. Philipp. Matth. hinc n. 7. & seqq. Cagnol. Dec. Sturt. Bronch. Neldel. & al.*

*Ipsam rem ] Rei appellatio latissima est arg. l. rei appellatio 5. l. rei appellatione 23. & l. appellatione rei 23. D. de V. S. & adeò latissima, ut vulgò vocabulum transcendens appelletur. Gædd. ad dict. l. 5. D. de V. S. Plures igitur injure nostro recipit significationes, quas ordine Scard. Calv. n. in lexic. jur. & Rebuff. add. l. 5. de V. S. ut & in d. l. 23. D. cod. enumerant & excutiunt. Quibus add. etiam ea, quæ tradit Alciat. ad text. modo citatos.*

*Habere videtur. ] Magnus sanè actionum usus est, & incomparabilis effectus, per quas sine armorum strepitu, quod nostrum est consequimur, & ne injuria id quod nostrum est nobis auferatur, legitimis modis tuemur. Jus enim civile non solum certos acquirendi rerum dominia modos constituere voluit, sed etiam conservandi tuendiq; res acquisitas certam rationem constare debere censuit l. ult. D. de LL. Hinc plerumq; rem habere videtur, qui ad eam persequendam habet actionem, ut hinc traditur, & ab Ulpiano in d. l. id apud se 143. D. de V. S. his verbis: Id apud se quis habere videtur, de quo ha-*



bet actionem &c. Cui adstipulatur JCrus Modestinus in  
l. rem in bonis 52. D. de A. R. D. inquit: Rem in bonis nostris  
habere intelligimur, quoties possidentes exceptionem, aut amit-  
tentes ad recuperandam eam actionem habemus Dn. Carpz. in  
I. P. R. S. part. 1. const. 5. d. 17. n. 6. Petr. Faber hic n. 1. & n. 5.  
Cæterum quod ad verbum VIDETUR attinet, notan-  
dum est illud interdum fictionem importare, vel im-  
propriè significare vid. l. 1. §. fin. D. ad SCT. Turpill.  
Bartol. in l. licet 3. §. idem scribit 11. D. de pecul. textus notabilis  
in l. si quis fundum D. de contrab. empt. Dd. in l. 1. §. de jecisse 12.  
D. de vi & vi armat. Zas. in l. si duo Patroni 13. §. idem Julia-  
nus 2. D. de jur. jur. end. n. 6. arg. l. naturaliter 12. in princ. D. de  
adquirend. vel amittend. possess. Unde sequitur regulam,  
hanc non verè nec propriè, sed fictè, id est, juris quadam  
interpretatione procedere. Regulist. hic. Et sanè reverà  
ac propriè minus est habere actionem, quàm rem l. minus  
204. D. b. t. cùm multa accidere possint ut quis rem peti-  
tam non consequatur. Sic actio instituta per adversa-  
rij inopiam fit inanis l. nam is nullam 6. D. de dol. mal. Ita  
etiam actio, quæ per exceptionem eliditur, infirma atq;  
inefficax habetur l. nihil interest 112. D. b. t. Adde quòd  
litis eventus quoq; dubius plerunq; fit, atq; incertus  
l. quod debetur 51. D. de pecul. cum possit quis causam justam  
per iniquam judicis sententiam aut advocati imperi-  
tiam perdere. Et cogitanda quoq; est mora, quæ in exe-  
cutione judicati datur d. l. 51. D. de pecul. Quibus sub-  
jici quoq; possunt probationis defectus, aut saltem diffi-  
cultas, sumtus litis, & innumeræ fori molestiæ, quas  
Actor subire cogitur, antequam tem petitam consequatur  
Vid. Petr. Fab. hic n. 8. & seqq. Philipp. Matth. n. 17. 18. 19.  
& 20. Speckhan Cent. 1. quest. 36.

## Lex XVI.

*Imaginaria.*] Imaginaria dicuntur in Jure, quæ  
non verè, sed simulate & dicis causâ fiunt. l. contractus  
imagi.



*imaginarij* 54. *D. de O. & A. l. 1. §. Divi fratres* 6 *D. de quaest. vid. 101. Hippolyt. à Collib. hic in pr.* Hinc quod non verè, sed simulatè actum est merito pro nullo habetur, & veluti veritati inimicum & subdolum rejicitur. In contractibus enim rei veritas, tanquam forma potissimum considerari debet *arg. l. 9. §. Sed si quib. 3. D. ad Exhib. ea enim sublata res ipsa tollitur l. si ex pretio 6. C. si cert. pet. l. 2. ibi. acta simulata veritatis substantiam mutare non possunt C. plus val. quod agit. quàm quod simulatè contrahit. add. Rescript. Sereniss. Elect. vulgò Torgawisch Ausschreiben tit. von Bucher vnd Bucherlichen Contracten &c. vers. dar neben so wollen wir alle dergleichen Verschreibungen | ut & ea, que trad. Andr. Rauchbar. part. 2. quest. 29. n. 97. & seq. Job. Zanger. de Except. p. 3. c. 26. Felin. in cap ea parte 13. X. de Offic. & potest. judic. delegat. n. 14. Matth. Berlich. part. 1. Concl. 84. n. 21. Dn. Carpz. in l. F. p. 1 c. 8. d. 19.* Est autem triplex Simulationis species *Marant. in spec. jur. aur. part. 6. membr. 9. tit. de Except. n. 29. secundum Bald. in l. cum precibus 18. C. de probationib.* Primo modo contrahitur simulatio cum in veritate agitur, quòd unus contractus celebratur, alius tantum celebrari simulatur *l. si falsum 5. & tot. tit. C. plus val. quod agit, quàm quod simulatè & c. l. empti fides 9. C. de contrahend. empt. V. C.* Titius cum Sempronio in veritate vult contrahere & facere contractum pignoris; ne autem Sempronius creditor cogatur computare fructus in sortem principalem *per l. 1. & 2. C. de pignorat. act.* Simulat contractum emptionis. Jam licet non valeat contractus simulationis, id est, emptionis, remanet tamen validus contractus pignoris *l. 3. C. plus val. quod agit & c. c. illo vos 4. X. de pignorib.* Secundo modo contractus simulatus dicitur, quando in veritate celebratur quidem, modico tamen debet currere tempore, quia fortè retrovenditio statim debet fieri *l. is qui suis 4 §. si ab ignoto 2. D. de manumissionib.* Et iste contractus ex sui apparen-



parentia non præsumitur simulatus, imò est permissus per *l. fundum 2. D. de pact. inter empt. & vendit. compos.* nisi alia conjectura concurreret, quàm quod circa certum tempus teneatur retro vendere, uti videre licet apud *Marant. l. sup. cit.* Tertio contractus simulatus & imaginarius intelligitur, quando apparenter celebratur, in mente autem fit & agitur, quod nihil fiat inter partes. Et talis apparens celebratio nullius est momenti, ideoque nec alienatio rei in contractum deductæ intelligitur *l. nuda 55. D. de contrahend. empt. & l. hac nostra 16. Maranta n. 30. Coler. ad c. 1. X. de Except. n. 34. Gilbauf. in arbore judiciar. c. 5. ramusc. de except. 10. n. 105.*

*Venditio*] Imaginaria emptio vel venditio est, cui nomen emptionis vel venditionis adscribitur *arg. l. si donationis 3. C. de contrab. empt.* Exemplum ejus reperitur in ea, quæ celebrabatur olim in testamentis, quæ fiebant per æs & libram, id est, per mancipationem §. *sed ut nihil 1. Instit. de testam.* De qua *Rosin. antiquit. Romanar. libr. 8. c. 6.* ita: *Fiebat verò, inquit, mancipatio familia, quæ imaginaria venditio erat in hunc modum. Quinque aderant testes & libripens ( à libra & pendendo sive ponderando dictus, quasi ponderator. Vid. Calv. in Lex. Jur. in hoc vocab. ) Cives Romani & puberes: atq; iis presentibus, is, qui successor erat futurus, patrimonium morituri emebat, verba quadam dicens solennia, & imaginarii pretij nomine nummum æneum domino dabat. Verba solennia erant hæc: Hujus ego familiam, quæ mihi empta est hoc ære, æneaq; libra, JURE QUIRITUM meam esse ajo. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei à quo hereditatem expectabat, quasi loco pretij. Appellabaturq; is qui emebat, familia emptor. Porro venditor nihil emptori tradebat, sed heredem cum tali modo constituebat, scilicet ut post mortem venditoris posset hereditatem adire. Ubi mancipatio ea facta erat, tum ordinabat venditor, quid post mortem suam fieri vellet: dicebat enim familia emptori sive successori: Huic volo dari*



lo dari fundum, illi domum, alij centum solidos &c. Plura exempla vid. apud Petr. Fabr. hic Johan. Rosin. lib. 9. antiquit. Romanarum c. 10. vers. in mancipatione & emancipatione &c. Calv. in Lex. Jur. ad verb. imaginaria venditio ibi. qualisnam esset hac imaginaria venditio &c. Reinhard. Bachov. ad §. fin. Inst. de legitim. agnator. success. & al. Dd. Verum quamvis tales imaginariae emptiones & venditiones vinculum juris propter intervenientem aliquam rei veritatem, olim obtinuerint; hodie tamen effectum prorsus nullum habent, cum jam in usu esse desierint arg. §. 1. & 2. Inst. de testam. ordinand. l. ult. C. de emancipat. liberor.

Non est pretio accedente.] Pretium id appellari Varro autor est, quod aestimationis emptionisq; causa constituitur, dictum quasi peritium, cum statui debeat ex opinione communi eorum, qui istarum rerum periti sunt, non prout cuiq; videtur. Ravard. hic in princ. Gædd. ad l. hac verba 143. n. 2. Alij aliter. Est autem proprie pretium, quod pro re empta datur arg. princ. §. 1. & 2. Inst. de empt. & vendit. quamvis aliàs etiam pretium pro mercede, præmio &c. positum inveniatur vid. l. si quis ante 10. in fin. D. de acquirend. vel amittend. possess. l. ult. §. ult. D. de L. Rhod. de jact. l. ea lege 51. §. 1. l. insulam 58. D. Locat. I. cum duobus 52. §. utrum ergo. 2. vers. si in coeunda. D. pro socio. l. prætor ait. 2. §. si in re deposita 28. D. vi bonor. raptor. l. Lex Cornelia §. §. ult. D. de Injur. Cum igitur emptionis & venditionis substantia partim ex pretio constet d. pr. §. 1. & §. 2. Inst. de empt. vendit. l. 2. & l. pacta conventa 72. in princ. vers. an. idem. D. eod. fit, ut imaginaria, id est, simulata & ficta venditio dici non possit, si pretium in pecunia numerata (vid. Schn. ad §. seqq.) consistens interveniat §. 2. Inst. de empt. & vendit. Quod adeò rerum est, ut licet non justum, sed exiguum & inæquale pretium numeretur, fortè si donationis causa res minoris vendatur, imaginaria ta-

B

men



men venditio dici nequeat *l. si quis donationis 38. D. de Contr. empt. vid. l. ad rescindendam 4. & l. quis major 15. C. de rescind. vend.* Et hoc est, quod in hac regula dicitur: *Imaginaria venditio non est pretio accedente.* Circa quam

### QVÆSTIO I.

*Virum venditio uno nummo contrahi possit? N.*

Unus enim nummus pretium constituit, quo res ipsa (*nisi sit modica*) æstimari possit: quin imò uni nummo pretium opponi solet. *l. si quis ante 10. §. fin. D. de adquir. poss.* ubi *§. Citus* Ulpianus de conductione idem statuit, videlicet quòd nulla sit, si in uno nummo consistat: quòd ipsum quoque expressum est in *l. si quis conduxerit 46. D. locat. cui add. princip. Inst. de locat. & conduct.* Verùm hisce graviter adversari videtur. *l. si usufructus 66. D. de jur. dot.* ubi maritus qui usufructum uxori donare non poterat, unico nummo proponitur eum uxori vendidisse. R. Licet regulariter emptio pretio imaginario, unove nummo facta non subsistat: Si tamen **RERUM EXPERIENDARUM ET NEGOTII PERFICIENDI CAUSA** interponatur, ea vim aliquam habere censetur. Hinc olim hereditates imaginariâ venditione vendebantur. *§. 1. Inst. de testam. ordinand.* Hincque per imaginariam venditionem olim filius emancipabatur. *§. praterea 6. Inst. Quib. mod. jus patr. potest. solvit.* & alii actus (*de quibus supra*) quò firmiores essent, imaginariæ emptionis interventu celebrari consueverunt. *Vid. Philipp. Matth. hic. Neldel. Bronchorst. & alii Dd. præ cæteris verò Johann. Harprecht. ad princ. Inst. de empt. & vendit. n. 64. & seqq.* Usus quæstionis hujus in eo esse potest, quòd emptio vilioris pretii prætextu, imaginaria dici non possit, sed vera *l. 4. & l. 15. super cit. (de rescindend. vendit. l. si Sponsus §. §. circa venditionem §. D. de donat.*



donat. inter vir. & uxor. Cæterum licet venditio vel con-  
ductio uno nummo celebrata imaginaria habeatur, ac  
proinde non valeat in vim venditionis vel conductionis:  
valet tamen in vim ejus quod actum est. *l. empti fides 9. C.*  
*de contrab. empt. Petr. Fab. hinc n. 9.*

## QVÆSTIO II.

An valeat venditio, si fiat eo pretio,  
quod in arca habeo?

Affirm. per *l. hæc venditio 7. §. hujusmodi emptio 1. D. de  
Contrab. empt.* Nulla enim est differentiã inter illa verba:  
*quantum pretii in arca habeo*, & illa: *eo pretio quod in arca  
habeo*. Quia utroque casu designatur quantitas pecuniæ,  
quæ est in arca, idque vel communi sensu dictante. Unde  
*in l. penult. D. ad exhibendum* scitè à Jcto responsum est:  
*Non oportere jus Civile calumniari, neq; verba captari, sed qua  
mente quid diceretur, animadvertere convenire*. Huc ac-  
cedit, quod verba accipienda sint secundum subjectam  
materiam *l. ex conducto 15. §. si uno 4. D. Locati*. Subjecta  
autem materia postulat, ut verba illa quantitatem signifi-  
cent, non autem speciem: præsertim cum per hanc inter-  
pretationem actus sustineatur. *l. quotiens 12. l. ubi est 21. D.  
de reb. dub. l. quotiens 80. D. de V. O. l. pater 38. in princ. D. de  
Legat. 3. c. Abbata 25. §. hic autem sensus T. de V. S. vid. Harp-  
precht. ad §. 1. Inst. de Empt. & Vendit. n. 4. & seqq. Pniell. ad  
l. 2. C. de rescind. vendit. in 1. part. rubr. c. 1. n. 2. & 3. Fachin.  
lib. 2. Controv. c. 1. in princ. Reinhard. Bachov. in not. ad vol. 1.  
Trentler. disp. 28. th. 6. l. D.*

## ADDITAMENTA

### I.

PRIVATA AUTHORITATE SUUM CUIQUE VIN-  
DICARE NON LICET.

B 2

Per



Per se enim iniquum foret, quenquam judicem fieri  
in re & causa propria. *l. Julianus ait 17. D. de Judic.* Qua-  
re & Imp. Val. Grat. & Valentin generali lege decreverunt:  
*Neminem sibi esse judicem, vel jus sibi dicere debere;* cum in re  
propria iniquum ad modum sit alicui licentiam tribuere senten-  
tia *l. unic. C. ne quis in sua causa.* Et hoc propter publi-  
cam tranquillitatem. Neque enim singulis conceden-  
dum est, quod per Magistratum publicè fieri potest, ne  
occasio sit majoris tumultus faciendi. *l. non est singulis 176.*  
*D. de R. Jur.* quia ad judicis officium pertinet concordare  
discordes & pacificare *c. discordantes dist. 90.* si quis itaque  
putat se habere petitiones, actionibus experiri debet. *l.*  
*extat. 13. D. quod. met. causa. l. penult. D. ad L. Jul. de vi pri-*  
*vat.* ubi JCtus Callistratus ita resp. *Creditores si adversus de-*  
*bitores suos agant, per judicem id, quod deberi sibi putant, re-*  
*poscere debent. Alioquin si in rem debitoris sui intraverint,*  
*id nullo concedente Divus Marcus decrevit;* jus crediti eos  
non habere. Unde etiam gravissimæ poenæ constitutæ  
sunt contra creditores, propriâ authoritate, vi quadam ab-  
lativa & expulsiva extorquentes res debitas, & occupantes  
possessionem rei, etiam penes alium constitutam. *Vid. l.*  
*penult. vers. Verba decreti & l. extat. 13. D. Quod met. causa,*  
*S. ita tamen 1. Inst. de vi. bonor. raptor. & ibid. Schneidw. item*  
*l. si quis. 7. C. Unde vi Vid. Hunn. resolut. Jur. Civil. Lib. 4.*  
*par. 1. quest. 1. Dn. Carpzov. in Jurisprudencia Forens. Rom.*  
*Sax. part. 4. Const. 35. d. 11. & d. 12.* Hæc tamen fallunt in  
quibusdam casibus, quos recenset *Schneidw. ad pr. Inst. de*  
*Actionib. n. 15. ubi vi.*

## II.

NOMEN ACTIONIS IN LIBELLO REGULARI-  
TER EXPRIMENDUM NON EST.

Suf-



Sufficit enim factum taliter narrari & ita concludi,  
ut quid & ex qua causa petatur, Reo liquere possit. *text.*  
*notab. in c. dilecti 6. X. de judic. ibi: Provideatis attentius, ne*  
*ita subtiliter sicut à multis fieri solet cujusmodi actio incretetur*  
*inquiratis, sed simpliciter factum ipsum & rei veritatem secun-*  
*dum formam canonum investigare curetis, cum add. cap. ult. X.*  
*de Libell. oblat. & Dn. Carpzov. in Jurisprud. Jovens. R. S.*  
*p. 1. c. 2. d. 13.*

### III.

#### AMBIGUÆ LOCUTIONIS INTERPRETATIO FERÈ FIT CONTRA VENDITOREM.

Quia contra eum interpretatio facienda est, qui po-  
tuit legem apertius dicere contractui *l. in contrahenda 172.*  
*D. de Reg. jur.* Jam verò constat in venditoris potestate  
plerumque esse, legem qualemcunque venditioni rei suæ  
dicere *arg. l. ult. C. de part. int. empt. & vendit. composit. add.*  
*l. veteribus 37. D. de pact. l. Labeo. 21. D. de Contrahend. empt.*  
*vid. Cujac. Lib. 1. obs. cap. 10. Hottomann. Lib. 2. amicabil. resp.*  
*cap. 10. Fac. Evaut. cent. 2. quest 7.*

### IV.

#### A CONTRACTU VENDITIONIS RECEDITUR, SI LÆSIO ULTRA DIMIDIUM JUSTI PRETII CONTIGERIT.


*L. 2. C. de rescind. vendit.* Cujus L. beneficium in trans-  
actione locum etiam habere existimamus. cum *Dn. Carpz.*  
*l. sup. cit. p. 2. c. 34. d. 1.* minime tamen in transactione judi-  
ciali, per ea quæ tradit, idem *JCT. l. sup. alleg. def. 4.* neque  
etiam quando huic beneficio specialiter à con-  
trahentibus renunciatum est.

*vid. eund. d. 2.*

B 3

Ad





Ad

*Præstantissimum Juvenem,*


**PETRUM HOLLERUM**

**RIGA - LIVONUM, CONVICTO-  
REM SUUM SUAVISSIMUM**

**De Regulis Juris disputaturum.**

**H***Ac iter est, si quis clara petit ardua laudis  
Præmia, & illustri cingere honore caput;  
Hæc, quæ sancta Themis superis se se inserit astris,  
Et summi natam comprobat esse DEI:  
Juraq; cælesti legesq; edisserit ore,  
Quæ scelus & domitum concidat omne nefas.  
O felix HOLLERE animi, felicior ausi,  
Dum legis hanc, lætæ dum juvat ire viam!*

**Augustus Buchnerus.**



**Ad Eundem**

**V***erno micantes tempore flosculos  
Cum trudit arbor, cumq; nitentia*

per



per prata spargit suavem odorem,  
optima concipit hortulanus:  
Et pulcra certus munera stirpium  
expectat inde, cum sua Vineis  
Vindemiator dona pectus  
exhilarantia stare cernit.  
Sic dona pandens Ingenii tui  
HOLLERE, promptè proxima munera  
in te ferendo, strenueq;  
cuncta sophismata Vindicando,  
Lætam jubes spem sumere Patriam,  
lætam parentem, militiæ sacræ  
Antistitem, qui post sequentes  
lätior optat habere fructus.  
Non vota vel spes hauriat irritas,  
qui nunc requirit, magnus ut audias;  
Hic sit labor, terræ Paternæ  
maxima comoda contulisse.

Henricus Coselius  
de Pezlinovez J. U. D.

F I N I S.





per niam...  
exhibens...  
sic bono...  
HOMER...  
in re...  
Istam...  
lata...  
Aulicum...  
lata...  
Non...  
per...  
Hic...  
maxima...

Henricus Colonus  
de...

P. V. 1. 2.






X 2615918

VJ 17











1647 37/20  
219/

DEO OPTIMO MAXIMO FORTUNANTE!  
ENODATIONEM  
LEG. XV. XVI. TIT.

PANDECTARUM

POSTREMI,

Quæstionibus materiæ subjectæ  
convenientibus illustratam, & ad disputandum

*In Inchyâ Leucoreâ*

Ex Decreto atq; Autoritate Amplissimi  
Collegij Juridici propositam,

PRÆSIDE

HENRICO COSELIO  
de Pezlinovez J. U. D.

*Eruditorum Examine proponit*

PETRUS HOLLER

Rigâ - Livonus.

*Ad diem 22 Maji.*

horis & loco consuetis.

WITTEBERGÆ

TYPIS JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVII.

